

PIÈCES JUSTIFICATIVES

I

*Charte du roi Louis VII, confirmant la fondation
de la reine Adélaïde, sa mère. 1155.*¹

Ego Ludovicus Dei gratiâ Francorum rex notum facimus tam præsentibus quàm futuris quod genitrix mea Adelaides regina, quamdam domum fœminarum pauperrimam in forestâ Cuisiæ constituit quæ neque eis, dùm vivebat, corporale providisset subsidium : proinde cum terra venisset in manum nostram, illum locum visitavimus, et angustiâ earum cognitâ, illis sanctis monialibus multum compatiens pro amore Dei et pro aminabus parentum nostrorum, regis scilicet Ludovici et prædictæ reginæ, et pro peccatorum nostrorum remissione, decimam panis nostri quotidie, quoties Compendii, Verbericæ, Bistisiaci, sive etiam in forestiâ simus, et in eleemosynam perpetualiter habendam decrevimus.

Quicumque vero terræ hujus post nos obtinuerit dominium, hanc nostram eleemosynam absque retentione reddat prædicto loco, et nullatenus retinere præsumat. Quod ut ratum sit, sigillo nostro firmari et nostro caractere præcipimus consignari.

Actum Compendii anno Incarnati Verbi MCLV, in palatio nostro, adstantibus quorum subtitulata sunt nomina et signa : signum comitis Theobaldi, dapiferi nostri. Sig. Guidonis, buticularii. Sig. Matthœi, camerarii. Sig. Matthœi, constabularii : S. Ludovici. Datum per manum Hugonis constabularii.

II

*Charte de Philippe le Bel, en faveur des religieuses
de Saint-Jean-aux-Bois, en l'année 1304. - La chapelle de l'Hermitte.*

Philippus Dei gratiâ Francorum rex, notum facimus tam præsentibus quam futuris, quod nos pietatis intuitu et ad divini

1. Collection Moreau : Vol. 68, fol. 230 — *Gallia Christiana*, t. X. col. 123, Instrumenta

cultûs augmentum et ad remedium animæ nostræ necnon pro salute animarum memoriæ recolendæ potentissimi domini et genitoris nostri regis Philippi et reginæ Isabellis, carissimæ genitricis nostræ, et omnium prædecessorum nostrorum, dilectis nobis in Christo abbatissæ et conventui monialium monasterii sancti Johannis in Bosco, ordinis sancti Benedicti, capellaniam nostram, quæ dicitur capella de Heremitâ, in forestiâ nostrâ Cuisicæ sitam et vacantem per resignationem Johannis de Calviciaco, quondam capellani ejusdem capellanicæ et ad collationem nostram spectantem, duximus conferendam, volentes et tenore præsentium concedentes ut eædem moniales tam pro se quàm pro posteris suis in ampliacionem reddituum monasterii sui prædicti dictam capellaniam cum juribus et pertinentiis universis spectantibus ad eandem, prout capellani perpetui in eadem pro tempore instituti hactenûs tenuerunt, deinceps habeant et teneant hæreditariè et perpetuo possideant pacificè et quiete, hoc adjecto, quod dictæ moniales monasterii memorati teneantur et in perpetuum tenebuntur per idoneum ad hoc vicarium facere celebrari divina, modo debito et consueto, in capellaniâ supradictâ prout ibidem fieri consuevit et post decessum nostrum anniversarium nostrum in ipsarum monasterio annuatim, salvo in aliis jure nostro et jure alieno, quod ut primum et stabile permaneat in summum præsentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum.

Actum apud Vincennas anno Domini millesimo trecentesimo quarto, mense Junio.

(*Gallia Christiana*, t. X, col. 142. Instrumenta.)

III

*Concernant le règne de Philippe le Bel.*¹

1° EXTRAIT DES COMPTES DU BAILLI DE SENLIS (1285).

Expensa : art. 23. Petrafons. — Sanctus Johannes in Bosco pro toto C sols (p. 632, G.).

De respectu abbatiæ Sancti Johannis in Bosco : XXXVIII^l III^s VI^d (p. 649, K.).

Liberationes Restri. — Pro VIII^e XIX thesis palicii novi circa novam talliam abbatiæ Sancti Johannis in Bosco : III^d. — Pro thesiâ : X^l V^s et pro duabus portis ibidem X^s (p. 142, B.).

1. Recueil des historiens de France et des Gaules, t. XXII.